



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Natales Sanctorvm Belgii, & eorundem Chronica
Recapitvatio**

Molanus, Johannes

Dvaci, 1616

Die vigesima secunda Decembris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9477

Decembris 22.

N A T A L E S

In exhortatione ad Hollandos,
et aliis.

in India, ac non multo post translatus est Edissam.
De hoc autem Apostolo varijs in locis monet Lindanus, si non perspicuum, saltem a verò alienum non videri, eum Germanis nostris Iesu Christi Euangelium prædicasse. Cùm id in catalogis suis attestentur Dorotheus episc. & martyr, Hieronymus, Sophronius, & Oecumenius. Vnde per Germaniam non rata sunt huius Apostoli orationia, ut Coloniæ, in Bruuyler, Leodij: imo & cathedrales ecclesiæ, Argentinensis, & secundæ huius Germania, Traiectensis. Quæ eum patronum suum profitetur, in picturis, in Litanijis Latinis & Graecolatinis, in festis, & in quotidiana commemoratione.

Die vigesima secunda Decembris.

De S. Hungero Frisio, episc. Ultraiectensi.

Ex Beccano historico Traiectensi, & vita s. Odulphi.

VNDECIMO CAL. JANUARIJ, depositio B. Hungeri epis. & confes. anno 866. De eo exstat celebre testimonium in S. Odulphi historia. Cùm enim clerus Traiectensis sede vacante animis vacillaret quem eligeret, B. Odulphus Christi sacerdos ostendit presbyterum B. Hungerum rultudiformem, attamen nescientibus hominibus, meritis insignem. Quem omnes elegerunt. Cuius sane tanta fuit virtus integritas, ut post VVillibrordum & Bonifacium sanctos episcopos, in illa sede nullus repertus sit, qui usque ad supremum vitæ diem excolendis virtutibus par illi fuerit.

Scribit autem Ioannes de Beke nesciri ubi hic episcopus, vir pius, regularis, prudens, & pacificus requiescat, eo quod Danorum austeritate a Sede sua propulsus fuerit. Illi enim Dorestadium vicum nominatissimum totius patriæ, in quo quinquaginta quinque parochiales fuisse dicuntur

cuntur ecclesiæ, crudelissimè destruxerunt anno octingentesimo quinquagesimo sexto: deinde urbem Traiectensem. Vnde Hungerus cum patris Canonicis anxie diffugit, & ad præsentiam Lo-

*Ex Charta
Lotharii.*

tharij regis in Prumiensi monasterio se recepit. Vbi cum Gunthario sacri palatiij summo Co-pellano Regiæ Clementiæ retulit ecclesiam suam barbarica nequitia ad nihilum redactam esse, Canonicis quibusdam interemptis, alijs dispersis, quibus infra regnum eius quietum locum tribui deprecabatur. Sua autem celsitudo in remedium animæ aui, & genitoris quondam Augustorum, nec non genitricis Heringardæ, seu pro salute sua regnique stabilitate in pago Maio super flumen Rure monasterium in honorem sancti Petri constructum, quod Berg nuncupatur, præfatæ Sedi Traiectensi sub omni integritate per omnia tempora tradidit, quatenus præsignatos seruos pro eius & prædecessorum salute libentius exorare delebet.

Vigesima nona Decembris.

De sancto Hilduardo episcopo.

Ex officio Collegiatæ ecclesiæ Teneramondensis, quod ad memisit, dominus Pastor Iacobus de Mera.

IN ciuitate Teneramonda, natalis B. HILDWARDI episcopi & confessoris. Qui à Bettino Tullensi episcopo regeneratus & educatus, eidem à latronibus interfecto in episcopali onere successit. Urgebat enim & cælesti visione, & ciuium ac Dagoberti postulatione. Superuenit autem Comes quidam, qui filium suum intrudere voluit: vnde sanctus Halduardus anni-